



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Brevis Expositio Propositionum Damnatarum**

**Didacus <ab Aragonia>**

**Venetiis, 1728**

Laus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42653**

ðum eligendi, sed contra obedientiam iuris  
dictis vel contra iustitiam legalem respectu  
Reipublicæ vel contra Religionem.

## L A U S.

386. Q Uæritur. An Laus, quæ defer-  
tur Mariæ, ut Mariæ, vana sit?

Resp. Tanquam hæretica damnatur ex-  
pressè ab Alexandro VIII. cum propos.  
26. opinio affirmans, laudem, quæ Ma-  
riæ, ut Mariæ defertur, vanam esse; ra-  
tio est, quia perpetuo Ecclesiæ usu, & tra-  
ditione constat, Sanctis omnibus, & à for-  
tiori Mariæ in quantum Mariæ ratione  
propriæ Sanctitatis, & excellentiæ defer-  
ri, ac deberi, non solum laudem, hono-  
rem, & gloriam, sed etiam adorationem,  
& cultum eosque utiliter à fidelibus invo-  
cari; ergo laus, & adoratio Mariæ, ut Ma-  
riæ delata, nec non eius invocatio non est  
vana, sed pia, & utilis ad ejus patrocini-  
um obtainendum, & salutem consequen-  
dam; quod constat ex scripturis, & conciliis,  
& ex Trident. sess. 25. in decreto de invocatione  
Sanctorum: Deinde nullus actus virtutis  
supernaturalis potest esse vanus, & inuti-  
lis ad salutem, sed laudare, honorare, in-  
vocare, & adorare Mariam, ut Mariam,  
sicut etiam Angelos, & Sanctos est actus  
virtutis supernaturalis; ergo non inaniter  
Maria, ut Maria laudatur; immò cum D.  
Bernardo: Totis medullis cordium, totis  
præcordium affectibus, & votis omnibus  
Mariam, ut Mariam laudare, & venera-  
rari debemus, quia sic est voluntas ejus,  
qui totum nos habere voluit per Mariam,  
cuius nomen Sanctissimum plenum omni  
dulcedine, ac suavitate divina, omni ore,

simul, & corde celebrandum, & invocandum est ; dicamus igitur cum Ecclesia humiliter : Dignare me, laudare te, Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos.

L E G A T U M .

387. **Q**uæritur. An sit verum, quod legatum annum pro anima relictum non duret plus, quam per decem annos?

Resp. Esse falsum, & expressè damnatum assierere, quod legatum annum à fideili pro sua anima relictum duret solum per decem annos, ut constat ex propos. 43 inter damnatas ab Alexand. VII. ratio est, quia si talis opinio niteretur solido fundamento, proculdubio sequeretur, anima ultra decennium non detineri in Purgatorio quod est erroneum cum certum sit, per s. 20. 50. vel plures annos ibi detineri, nam juxta culparum gravitatem aliæ diurna, aliæque diuturnissima puniuntur poena, ut constat ex pluribus revelationibus, & Ecclesiasticis historiis, plures animas diutius in eo carcere detineri; deinde ex usu Ecclesiæ celebrantis anniversaria pro defunctis per saecula constat, incertum esse, an ibi animæ post poenas saeculares adæquatè satisfecerint divinæ iustitiæ, eo quod iudicia Dei sunt occulta, & abyssus multus idcirco licet aliquando prodesset non possit testatori legatum annum, vel quia adæquatè satisfecerit, vel quia de potentia Dei absolute statim, ante completum decenium e Purgatorio ad Cœlum evolaverit, vel quia in gehennam detrusus est, sufficit, quod